87v Item, en Reynar unam peciam terre sitam juxta terram Stephani Pictet a vento, pratum Stephani Viczo et plurium aliorum a borea, et carreriam publicam a iuria.

Item, unam peciam terre continentem circa dimidiam posam terre sitam en Comba la Vaux juxta terram Stephani Pictet a vento, terram Johannodi Ryonsy de Lavignyer a borea, et terram Girardi Guignyet a juria.

Item, ibidem unam peciam terre juxta terram Johannis Viczot a ~~vento~~ lacu, terram Jaqueti Challet a juria, et terram predicti Johannodi Rionsy a borea.

Item, unam peciam terre sitam en Vouzallat juxta terram liberorum dicti Chouppini a borea, terram dictorum Puppons a vento, vineam Johannodi Rionsy a juria.

Item, unam posam terre sitam entre Dos Mont (margin : entre Deux Monts) juxta terram predicti Johannodi Rionsy a lacu, carreriam publicam a juria, et terram Petri de Nemore a vento.

Item, en la Perchi unam posam terre juxta terram Johannodi Rionsy a juria, terram Johannis Vizot a lacu, et terram Girardi Guignyet a vento.

Item, unam posam terre sitam en Battalliar juxta terram heredum Martineti Chanoz a vento, terram Roleti Pictet a borea, et terram Johannodi Rionsy a juria, quam tenet de pignore ut asserit Petrus Fornerii clericus.

88 Item, unum morsellum prati situm en Dessalleis juxta pratum Stephani Pictet a ~~vento~~ borea, pratum Stephani de Lavignier Domicelli a vento, quem morsellum prati tenet titulo vendicionis Stephanus de Lavignyer domicellus.

Item, unam peciam terre sitam en Reynar juxta terram Hugonini Enses a borea, et ochiam Johannodi Rionsy a vento, quam tenet de pignore ut asserit Roletus Gazinet de Lavignier... , cense 6 solidos 3 denarios Lausannenses...

88 (Addition to the above, apparently on the same date) Item, tenet dictus Petrus sub censu et homagio predictis unum morsellum vinee situm ou Martinet juxta vineam Humberti de Lavignier domicelli a vento, vineam Francisci Savariodi a borea, vineam Stephani Pictet a juria, et vineam Johannodi Rionsy a lacu.

Item, ibidem unum adossum vinee juxta vineam Humberti de Lavignyer domicelli a vento et lacu, carreriam publicam a borea, vineam Johannodi Rionsy de Lavignyer a juria.

Item, eis Biolettes unam peciam terre continentem circa unam posam juxta terram Aymoneti Mugnier ? (but written out as Monachon in the same sentence!) de Sancto Liberio ex una parte quam peciam terre tenet Aymoneti Monachon predictus de Sancto Liberio.

88v Hugoninus filius quondam Johannis Grangerii mimi ? (apparently written *mímí*, with strokes over the i's) de Lavignyer, 20 nov 1427 (anno die quibus supra), ex accensamento sibi dicto quondam Johanni facto per Nicodum Fornerii de Lavignyer de quo laudatus est videlicet unam peciam terre et vinee sitam in territorio de Lavignyer loco dicto in Via de Beria juxta carreriam publicam a vento, terram Johannodi Rionsy de Lavignyer a borea, terram Humberti de Lavignyer domicelli a juria, et terram Perreti Bolliet quam dictus Perretus tenet a heredibus

Nicodi Fornerii a lacu, sub censu quem debent et solvunt heredes predicti Nicodi Fornerii, pro qua debet predictis heredibus duos solidos Lausannenses census...

89 Stephanus de Lavignyer domicellus, 20 nov 1427 (anno et die quibus supra), ex acquisito per ipsum facto a Petro Granjat alias Fornerons videlicet unum morsellum prati sium ou Dessalleis juxta pratum dicti Stephani recognoscentis a vento, pratum Stephani Pictet a borea, et terram dictorum Mugnier ? de Laivngyier a juria, et pratum Humberti de Lavignyer a lacu, sub censu quem debet et solvit predictus Petrus Granjat...

89v Jaquetus Challet morans apud Lavignyer, 20 nov 1427 (anno et die quibus supra), ~~accensat et abbergat perpetue pure perfecte et irrevocabiliter Petro filio quondam Rolini de Villanova~~ confitetur et publice per presentes recognoscit se tenere velle et debere tenere a prefato domino et suis, videlicet unum quarteronum cum dimidio boni frumenti communis agrorum ad mensuram Albone in quo sibi anno quolibet in festo Beati Michaelis tenetur Petrus filius quondam Rolini de Villanova de Lavignyer pro una pecia terre sita in territorio de Lavignyer loco dicto en Chisses juxta terram Francisci Viczoz a juria, terram quam possidet Mermetus de Villar clericus a lacu, quoddam terrale a borea, et terram Petri Fornerii alias Duret clerici a vento...

90 Predictus Petrus de Villanova, 20 nov 1427 (anno, die, loco, et coram testibus quibus supra), titulo accensamenti sibi per predictum Jaquetum Challeti facti videlicet unam peciam terre sitam in territorio de Lavignyer loco dicto en Chisses juxta terram Francisci Viczoz a juria, terram quam possidet Mermetus de Villar clericus a lacu, quoddam terrale a borea, et terram Petri Fornerii alias Duret clerici a vento, pro qua debet (inserted : dicto Jaqueto et suis) quolibet anno in festo Beati Michaelis unum quarteronum cum dimidio frumenti ab (should be ad) mensuram Albone...

91 **Apud Saubra**

91 Jaqueta filia quondam Mermeti Ansermi relictique Perreti de laz Crousaz de Saubra, 02 may 1427, confitetur et publice per presentes recognoscit tanquam si esset in judicio coram suo iudice ordinario se esse velle et debere esse perpetue homo ligia Spectabilis et Potentis viri Domini Anthonii Comites Gruerie et Domini Albone et suorum ad causam castri Albone et se tenere velle et debere tenere sub dicto homagio res et possessiones infrascriptas sitas et jacentes in villa, finagio, et territorio de Saubra que quondam fuerunt de recognitione Mermeti Chevrerii,

Et primo, quandam domum cum quodam gerdile et una pecia prati dicte domum contiguam sitam in villa de Saubra loco dicto Pra Hudri juxta carreriam publicam a vento, terram Francisci de Crousa et liberorum Perreti de Crosa a borea, terram dicte Jaquete a juria, et pratum Aymonete uxoris Perreti Rendu a lacu.

91v Item, dimidiam posam terre sitam infra dictam villam juxta terram Johannodi de Lila que quondam fuit Francisci Rosset a juria, terram Aymonete uxoris Perreti Rendu a lacu, et carreriam publicam a borea.

Item, unam ochiam sitam retro furnum dicte ville juxta carreriam publicam a vento, ochiam Andree Jaqueti a borea, ochiam et gerdille predictae Aymonete a jura.

Item, tres posas terre sitas ouz Coudre juxta terram predicte Aymonete a vento, terram liberorum Perreti de Crosa a borea, et carreriam publicam a juria.

Item, unam peciam prati sitam ouz Rossellet juxta carreriam publicam a vento, pratum dictoum Jaquet a borea, et terram Johannete uxoris Jaqueti Grossi a juria.

Item, unam peciam prati sitam ouz Corjonz juxta carreriam publicam a vento, et pratum quod nunc possidet Petrus Boulat quod quondam fuit Hugoneti Conten ? (see below, probably Hugoneti Content) a lacu.

92 Item, unam peciam prati sitam es Couwes ? juxta pratum Petri Jannini dou Bugnyon a vento, terram Francisci Fonjellat a borea.

Item, unam peciam prati sitam subtus la Rosery juxta pratum Petri Boulat quod fuit Hugoneti Content a vento, terram Menerii Coctet quod quondam fuit Johannodi ? Bossons a borea.

Item, en Roctet unam posam cum dimidia nemoris que solebat esse terra juxta comunia ville ex utraque parte... , cense 5 solidos Lausannenses, quinque cupas frumenti ad similitudinem (inserted : decimam ?) de Saubra, unam cupam cum dimidia frumenti de primavaul, et unum caponem...

Item, confitetur dicta Jaqueta pro se et suis se debere et solveere teneri prefato domino et suis racione foci dum diu focum faciet in domo superius limictata duas cupas avene ad mensuram Albone et unum caponem.

Item, tenet dicta Jaqueta unam posam terre sitam ou Coudre juxta terram Menerii Coctet a lacu, terram dicte Jaquete a juria.

Item, unam posam terre sitam ou Crosset juxta carreriam publicam a borea, et terram Francisci de Crosa alacu.

92v Item, confitetur dicta Jaqueta se debere prefato domino et suis corvatas bis in anno dum diu aratrum tenebit...

92v Petrus filius quondam Perreti de Crosa nomine suo et Stephani et Johannis fratrum suorum, 02 may 1427 (anno, die, loco, et coram testibus quibus supra), res et possessiones infrascriptas,

93 Et primo, medietatem seu partem suam cuiusdam domus site in villa de Saubra videlicet partem que est a parte venti juxta aliam partem dicte domus Hudrici de Crosa avunculi dictorum fratrum a parte boree, terram Mermerii de Crosa a vento.

Item, partem suam cuiusdam gerdilis siti in dicta villa indivisi cum Hudrico, Mermerio, et Francisco de Crosa juxta carreriam publicam a borea, terram dictorum Francisci et Mermerii a vento, et domum predictam a juria.

Item, terciam partem unius pose terre site versus loz Chane juxta terram dicti Francisci a lacu, et terram Andree Jaqueti a juria.

Item, suam partem quatuor posarum terre et nemoris sitarum en laz Vaux juxta rivum douz Riaul a juria, pratum Aymonete uxoris Perreti Rendu a borea, et terras predictum liberorum Hudrici et Francisci de Crosa a vento.

Item, unam posam terre sitam en Reviery (but margin says Au Verney, also see below, en Revuery) juxta pratum Jaquete matris dictorum liberorum a vento, ochiam dicti Hudrici quadam carreria intermedia a borea, et terram dicti Francisci a lacu.

Item, partem suam quatuor posarum terre sitarum ou Rosellet juxta carreriam publicam a vento, terram Johannete uxoris Jaqueti Grossi a lacu.

Item, terciam partem duarum posarum terre sitarum en Pra Sallie indivisarum cum predictis Hudrico et Mermerio juxta pratum dicti Francisci a borea, carreriam publicam a vento.

93v Item, partem suam quatuor posarum nemoris et terre sitarum ou Devim (margin : Au Debvins) juxta terram heredum Humberti Aviolat.

Item, tenet nomine quo supra a prefato domino et suis omnia alia bona que habere possun... , cense 2 solidos 4 denarios Lausannenses, unum quarteronum cum tercia parte unius quarteroni frumenti primavaul, quarteroniis vero frumenti in tribus dividi debet, et unum quarteronum et terciam partem unius cupe frumenti communis agricollarum ad mensuram Albone....

Item, tenet virtute cuiusdam accensamenti sibi facti per Franciscum Fonjallat unum cursum domus sitam apud Saubra juxta alios cursus Mermerii de la Crosa a vento, et comum Andree Jaqueti a borea, sub censu quem debet et solvit Franciscus Fongellaz.

Item, tenet quo supra nomine a prefato domino et suis unam posam terre sitam ou Pontet juxta terram dicte Jaquete a vento, et terram Mermerii de laz Crousa a borea.

94 Item, unam ochiam que modo reducitur in pratum situm subtus villam juxta pratum Johannodi de Lila a borea et vento, et carreriam publiam a juria.

Item, unam posam terre que fuit de recognocione Francisci Jaqueti sitam en Revuyriz (margin, after correcting a different but now illegible lieu-dit : En Ruyere) juxta terram predicti Mermerii a lacu, et terram predicti Francisci a juria... , cense 9 denarios et terciam partem unius denarii Lausannenses.

Item, unum morsellum prati sium en la Pra juxta pratum Johannodi de Lila a borea et jura, pratum Hudrici de Crosa a vento, sub censu et homagio predictis.

Item, debet ut supra corvatas bis in anno si aratrum tenet.

Item, tenet pratum suam unius pecie prati continentem circa unam setoratum prati indivisi cum Hudrico et Mermerio de Crosa eorum avunculis sitam subtus villam juxta aquam de laz Soubrectaz a lacu, carreriam publicam a borea, pratum prefati domini quod tenent Perrodus et Franciscus dou Rossel de Gimel a vento... , cense 20 denarios Gebennenses...

Item, debet et se debere confitetur dictus Petru pro et se suis prefato domino et suis quatuor denarios Lausannenses censuales pro duabus setoratis prati sitis en laz Pieraz quas tenet Franciscus de Crosa et que devenerunt in partagium Mermeti de Crosa patris quondam dicti Francisci cum Johanne de Crosa.

94v Item, debet et se debere confitetur dictus Petrus terciam partem unius cupe frumenti communis agricollarum ad mensuram Albone census pro duabus posis terre sitis ou Jordy quas tenet idem Franciscus de Crosa et que devenerunt in partagium predicti Mermeti eius patris cum Johanne de Crosa et patre predictis liberis.

Item, tenet a prefato domino et suis titulo vendicionis facto per Franciscum Rosset de Saubra Johanni de la Crosa unam posam terre sitam ou Gerdy juxta pratum dictorum liberorum a lacu, et terram Hudrici de Crosa a juria.

Item, tenet ut supra terciam partem unius pecie prati site subtus Saubra juxta pratum dictorum Jaquet a vento, pratum predicti Hudrici a borea, et aquam de laz Saubrectaz a lacu, que pecia prati fuit acquisita a Johanne Rendu.

Item, confitetur debere pro se et suis prefato domino et suis si focum faciet in domo superius limictata unam cupam avene et unum caponem et alia usagia consueta...

95 Hudricus de Crosa de Saubra filius quondam Johannis de Crosa de Saubra, 02 may 1427 (anno et die quibus supra), res et possessiones infrascriptas sitas in villa, territorio, et finagio de Saubra,

Et primo, partem suam cuiusdam domus site in villa de Saubra videlicet partem que est in medio dicte domus juxta partem Francisci de Crosa a borea et juria, et partem Petri filii quondam Perreti de Crosa eius nepotis a vento.

Item, partem suam cuiusdam gerdillis siti in dicta villa indivisi cum Mermerio, Francisco, et liberis Perreti de Crosa juxta carreriam publicam a borea, terram dictorum Francisci et Mermerii de Crosa a vento, et domum predictam a juria.

Item, terciam partem unius pose terre site versus loz Chane juxta terram Francisci de Crosa a lacu, et terram Andree Jaquet a juria.

Item, suam partem quatuor posarum terre et nemoris invidisarum cum liberis Perreti de Crosa, Francisco, et Mermerio sitarum en laz Vaux juxta rivum dou Riaul a juria, pratum Aymonete uxoris Perreti Rendu a borea, et terras predictorum liberorum Hudrici et Francisci a vento.

95v Item, unam posam terre sitam en Revueryz (margin : En Ruyeres) juxta terram Francisci de Crosa a juria, terram Hugoneti JAqueti a lacu, et ochiam predicti Hudrici a vento.

Item, partem suam quatuor posarum terre sitarum ou Rosallet juxta carreriam publicam a vento, terram Johannete uxoris Jaqueti Grossi a lacu.

Item, unam posam cum dimidia terre sitam en laz Crouchy ? (margin : En la Croche) juxta terram predicti Francisci a juria, et terram predicti Hudrici a lacu.

Item, eis Tral (margin : En Lestraz) unam posam terre juxta carreriam publicam a borea, terram predicti Francisci a vento.

Item, ibidem unam aliam posam terre juxta terram predicti Francisci a vento, et terram predicti Hudrici a borea.

Item, unam peciam ochie sitam in dicta villa juxta ochiam Johannodi de Lila a juria, ochiam predicti Francisci a lacu.

Item, unam peciam ochie sitam ou Riouchesaux ? juxta rivum dou Riaul a juria, et terram predictorum liberorum a lacu.

Item, terciam partem duarum posarum terre sitarum en Pra Salliet indivisarum cum predictis liberis et Mermerio juxta pratum predicti Francisci a borea, carreriam publicam a vento.

96 Item, partem suam quatuor posarum terre et nemoris sitarum ou Devim juxta terram heredum Humberti Aviolaz..., cense 3 solidos 4 denarios Lausannenses, unum quarteronum cum tercia parte unius quarteroni frumenti primavaul, quarteroniis vero frumenti in tribus dividi debet et unum quarteronum et terciam partem unius cupe frumenti communis agrocollarum ad mensuram Albone...

Item, debet et se debere confitetur pro duabus posis terre sitis en Rivueryz quas tenent liberi Perreti de Crosa et Mermerius de Crosa que fuerunt de recognicione Francisci JAqueti de Saubra videlicet novem denarios et terciam partem unius denarii Lausannenses census.

Item, tenet partem suam unius pecie prati continentis circa unam setoratum prati indivise cum Mermerio eius fratre et liberis predicti quondam Perreti de Crosa sitam subtus villam juxta aquam de la Sobreta a lacu, carreriam publicam a borea, pratum prefati domini quod tenent Perrodus et Franciscus dou Rossel de Gimel a vento..., cense 20 denarios Gebennenses...

96v ~~Item, debet et se debere confitetur predictus Hudricus pro se et suis prefato domino et suis termino predicto...~~ (no more text, incomplete)

Item, debet et se debere confitetur prefato domino et suis quatuor denarios Lausannenses censuales pro duabus setoratis prati sitis in territorio de Saubra loco dicto en laz Pieraz quam tenet Franciscus de Crosa et que devenerunt in partagium Mermeti de Crosa patris dicti Francisci cum Johanne de Crosa fratre quondam dicti Mermeti.

Item, debet et se debere confitetur dictus Hudricus pro se et suis prefato domino et suis terciam partem unius cupe frumenti communis agricolarum ad mensuram Albone pro duabus posis terre sitis in territorio de Saubra loco dicto ouz Jordy quas tenet Franciscus de Crosa et que devenerunt in partagium predicti Mermeti de Crosa patris dicti Francisci de Crosa cum Johanne de Crosa fratre quondam dicti Mermeti.

Item, tenet a prefato domino et suis de sua hereditate ut asserit sub homagio et censu primo declaratis quartam partem unius pose terre site in territorio de Saubra loco dicto eis Fouz (margin : Es Fauz) juxta terram Johannodi de Lila a lacu, et carrerias publicas a vento et borea.

97 Item, tenet a prefato domino et suis omnia alia que habet seu habere potest.

Item, terciam partem unius pecie parti siti subtus Saubra juxta pratum dictorum Jaquet a vento, pratum Hudrici de Crosa a borea, et aquam de laz Soubrectaz a lacu, que pecia prati fuit acquisita a Johanne Rendu.

Item, confitetur dictus Hudricus debere prefato domino et suis dum diu focum faciet in domo superius limictata unam cupam avene et unum caponem racione foci, corvatas bis in anno in vere et auptonno et alia usagia consueta... , witnesses include Johannes Fongallaz clericus.

97v Mermerius filius quondam Johannis de Crosa de Saubra, 02 may 1427 (anno, die, loco, et coram testibus quibus supra), res et possessiones infrascriptas sitas in villa, territorio, et finagio de Saubra,

Et primo, duos cursus domus site in villa de Saubra juxta cursum domum liberorum Perreti de Crosa a borea, domum Mermerii Coctet fabri et Henriete eius uxoris a vento.

Item, partem suam cuiusdam gergillis (=gerdilis, see next item) siti in dicta villa indivisi cum Hudrico, Francisco, et liberis Perreti de Crosa juxta carreriam publicam a borea, terram ipsius Mermerii et Francisci de Crosa a vento, et domum predictorum Hudrici, Francisci, et liberorum predictorum a juria.

Item, unam posam terre sitam en Fontannaz Timar una posa terre Francisci de Crosa intermedia juxta pratum dicti Mermerii, Hudrici eius fratris, et liberorum Perreti de Crosa a lacu, semitam publicam tendentem versus molendinum a juria, et gerdile predictum a borea.

98 Item, terciam partem unius pose terre site versus loz Chanoz indivise cum Hudrico et predictis liberis juxta terram Francisci de Crosa a lacu, terram Andree Jaqueti a juria.

Item, partem suam quatuor posarum terre et nemoris indivisarum cum Hudrico, Francisco, et predictis liberis sitarum en la Vaux juxta rivum dou Riaul a juria, pratum Aymonete uxoris Perreti Rendu a borea, et terras predictum Hudrici et ~~Stephani~~ Francisci de Crosa a vento.

Item, partem suam quatuor posarum terre sitarum ouz Rossellet juxta carreriam publicam a vento, terram Johannete uxoris Jaqueti Grossi a lacu.

Item, terciam partem duarum posarum terre sitarum en Pra Sallie indivisarum cum predictis Hudrico et liberis juxta pratum predicti Francisci a borea, et carreriam publicam a vento.

Item, partem suam quatuor posarum terre et nemoris sitarum ou Devim juxta terram heredum Humberti Aviolaz.

Item, omnia ea que habet et habere potest tenet a prefato domino..., cense 2 solidos 4 denarios Lausannenses, unum quarteronum cum tercia parte unius quarteroni frumenti primavaul, quarteroniis vero frumenti in tribus dividi debet, et unum quarteronum et terciam partem unius cupe frumenti comunis agricolarum ad mensuram Albone...

98v Item, debet et se debere confitetur pro duabus posis terre sitis en Ruery quas tenent liberi Perreti de Crosa et ipsemet Mermerius que fuerunt de [re]cognitione Francisci Jaqueti et Saubra, videlicet novem denarios et cerciam partem unius denarii Lausannenses censuales.

Item, tenet partem suam unius pecie prati continentem circa unam ~~posam~~ setoratum prati indivisam cum Hudrico eius fratre et predictis liberis sitam subtus villam juxta aquam de laz Sobrectaz a lacu, carreriam publicam a borea, pratum prefati domini quod tenent Perrodus et Franciscus dou Rosseis de Gimel a vento..., cense 20 denarios Gebennenses...

Item, debet prefatus Mermerius prefato domino et suis quatuor denarios Lausannenses census pro duabus setoratis prati sitis en la Piera quas tenet Franciscus de Crosa et que devenerunt in partagium a Mermeti de Crosa patris dicti Francisci.

99 Item, debet et se debere confitetur dictus Mermerius pro se et suis singulis annis perpetue in quolibet festo Beati Michaelis terciam partem unius cupe frumenti comunis agricollarum ad mensuram Albone census pro duabus posis terre sitis in territorio de Saubra loco dicto ou Jordy quas tenet predictus Franciscus de Crosa et que devenerunt in partagium Mermeti eius patris cum Johanne de Crosa fratre quondam dicti Mermeti.

Item, tenet unam posam terre sitam eis Tral juxta terram Francisci de Crosa a juria, terram Aymonete uxoris Perreti Rendu a lacu, carreriam publicam a borea, sub censu et homagio predictis.

Item, tenet unam posam terre sitam ou Pontet juxta terram Francisci Fonjellaz a borea, et terram dictorum liberorum a vento, et carreriam publicam a juria, sub censu predictorum viginti denariorum Gebennensium.

Item, partem suam cuiusdam grangie indivise cum Francisco, Hudrico, et liberis predictis sitam in villa de Saubra juxta domum predicti Francisci a juria et lacu et vento, et carreriam publicam a borea.

99v Item, unam posam terre sitam ouz Corjonet juxta terram Johannodi de Lila a borea, rivum dou Corjonet a vento, et semitam tendentem de Gimel versus Beriam a lacu.

Item, unum morsellum prati situm en la Praz juxta pratum Johannodi de Lila a juria et lacu, et pratum Hudrici de Crosa a borea.

Item, unam peciam ochie sitam subtus villam juxta pratum Johannodi de Lila a borea, et pratum Menerii Coctet et Henriete eius uxoris quod nunc possident heredes Perrodi Suavis a vento, sub censu predictorum viginti denariorum.

Item, unam posam terre sitam en la Pra juxta quandam tattam que dicitur esse uxoris Jaqueti Grossi a lacu, terram Francisci Fonjallat a juria, et pratum prefati domini a vento... , cense unam cupam frumenti communis ad mensuram predictam.

Item, tenet virtute adquisicionis facte a Johanne Rendu de Gimel videlicet unam peciam prati sitam in territorio de Saubra loco dicto subtus Saubra juxta pratum dictorum Jaquet a vento, pratum Hudrici de Crosa a borea, et aquam de laz Soubrectat a lacu, sub censu quem debent et solvunt heredes Johannis Rendu de Gimel.

100 Item, debet et se debere confitetur dictus Mermerius prefato domino et suis dum diu focum faciet in domo primo limictata duas cupas avene, unum caponem ratione foci, carvatas (=corvatas) bis in anno dum aratrum tenebit, et alia usagia consueta...

100 Franciscus filius quondam Mermerii de Crosa, 02 may 1427 (die qua supra), res et possessiones infrascriptas,

100v Et primo, domum suam sitam in villa de Saubra juxta semitam tendentem versus molendinum a juria, carreriam publicam a borea, et terram Mermerii de Crosa a vento.

Item, medietatem cuiusdam gerdilis siti in dicta villa indivisi cum aliis suis comparcionariis de laz Crousa juxta carreriam publicam a borea, et terram dicti Francisci et dicti Mermerii a vento.

Item, unam posam terre sitam in dicta villa juxta terram Mermerii prediti a lacu et juria, et dictum gerdile a borea.

Item, unam peciam ochie sitam subtus villam juxta pratum Mermerii Coctet et Henriete eius uxoris quod nunc possident heredes Perrodi Suavis a vento, et pratum Johannodi de Lila a borea, quam ochiam nunc possidet Jaquetus Fabri carpentator morans Albone.

Item, ibidem prope unam aliam peciam ochie juxta pratum Johannodi de Lila a vento, ochiam Hugoneti Jauqueti que olim fuit dicti Conttent (written 9ttent) a borea.

Item, unam posam cum dimidia terre sitam en laz Crouchy ? juxta terram Hudrici de laz Crousa a lacu, terram Stephane filie quondam Johanneti Puppons a juria.

101 Item, unam posam terre sitam en Ruery juxta terram Aymonete uxoris Perreti Rendu a lacu, et terram heredum Anthonii Pellapra quam nunc possidet Andreas Jaqueti a juria.

Item, unam posam terre sitam versus loz Chane juxta nemus comune dou Chane a lacu, terram predictorum Hudrici, Mermerii, et liberorum a juria.

Item, duas posas nemoris que solebant esse terram et pratum sitas en la Vaux juxta rivum dou Riaul a juria, et pratum dicte Aymonete a lacu.

Item, ou Rossellet duas posas terre juxta terram heredum Francisci Rosset a lacu, carreriam publicam a juria.

Item, unum morsellum prati situm en Pra Sallie juxta pratum dictorum Jaquet a lacu, et pratum Johannodi de Lila a juria.

Item, unum morsellum prati situm ibidem juxta pratum Johannete uxoris Jaqueti Grossi a lacu, terram predictorum Hudrici, Francisci, Mermerii, et liberorum a juria.

101v Item, eis Devin medietatem quatuor posarum terre juxta terram heredum Humberti Aviolat.

Item, duas posas terre sitas en la Pra juxta pratum prefati domini a lacu, terram Hugoneti Jaqueti a juria.

Item, unam posam terre sitam eis Tral juxta terram Francisci Fongalla a juria, carreriam publicam a borea, et terram Mermerii de laz Crousa a lacu.

Item, unam posam terre sitam eis Mares juxta pratum Francisci Jaquet quod tenet Philibertus de Bapnens a vento, et terram Hudrici de Crosa a borea.

Item, quartum unius pose terre site eis Fouz juxta terram Menerii Coctet et eius uxoris a juria, et terram predicti Hudrici a lacu.

Item, medietatem unius casalis cum ochia eidem contigua siti in dicta villa juxta ochiam predicti Hudrici a juria, ochiam Stephane filie quondam Nicodi Jaqueti a vento, et carreriam publicam a lacu.

Item, eis Solleis medietatem quatuor posarum terre juxta terram Menerii Coctet et eius uxoris a borea, et terram Anthonii dou Rosseis a lacu.

102 Item, dimidiam posam terre sitam en Arberet juxta pratum Johannodi de Lila a juria, et pascuas communia a borea.

Item, duas setoratas prati sitas en laz Pieraz juxta carreriam publiam a lacu, pratum Menerii Coctet et eius uxoris a juria, et pratum Francisci Fongellat a vento.

Item omnia alia que habere posset tenet a prefato domino et suis... , cense 15 solidos 7 denarios Lausannenses, tres cupas cum dimidia frumenti comunis agricolarum, et duas cupas frumenti primavaul ad mensuram Albone...

Item, tenet a prefato domino et suis de recognicione Francisci Jaqueti de Saubra unam posam terre sitam in territorio de Saubra loco dicto eis Champs es ou Boczuz alias Ruery juxta terram Francisci Fongallat a juria, terram liberorum Perreti de Crosa a lacu, et terram ecclesie de Saubra a borea.

Item, unum morsellum prati situm ou Poine ? Corboz (margin : Au Poiner Corboz) juxta carreriam publicam a juria, et pratum predictorum Mermerii, Hudrici, et liberorum a lacu.

102v Item, unum morsellum ochie situm in dicta villa juxta gerdile Andree Jaqueti et suorum comparcionariorum a borea, et ochiam predicti Francisci a vento... , cense 18 denarios Lausannenses...

Item, tenet de recognicione Hugoneti Conctent unam posam terre sitam en Ruery juxta terram Johannodi de Lila a juria, terram dicti Francisci a vento, et carreriam publicam a borea, pro qua debet confratrie de Saubra videlicet unam cupam frumenti.

Item, tenet unam posam terre sitam ou Crosset juxta carreriam publicam a borea et vento, pro qua debet confratrie Sancti Nicolay Albone dimidiam cupam frumenti.

Item, tenet titulo adquisicionis facte a Jaqueto de Genollie quondam burgensi Albone ut asserit dimidiam setoratam prati sitam eis Arberet juxta terram Johannodi de Lila a lacu et juria, et pratum Menerii Coctet et eius uxoris a vento.

Item, dimidiam posam terre sitam ouz Crosset juxta terram Andree Jaqueti a lacu, carreriam publicam a juria.

103 Item, en Mont Meller unam peciam prati continentem circa unam setoratam cum dimidia prati indivisam cum dicta Barriodat juxta terram **Johannodi Billiar morantis apud Gimel** a vento, et pratum Johannis Rendu quod nunc possident heredes Perrodi Suavis a borea.

Item, debet et se deberre confitetur dictus Franciscus prefato domino et suis unam cupam avene et unum caponem dum diu focum faciet in domo primo limictata, et si focum faceret in medietate casalis superius limitati debet duas cupas avene.

Item, debet corvatas bis in anno in vere et in auptonno dum aratrum tenebit, et alia usagia consueta...

103v Hugonetus Jaqueti de Saubra, 07 may 1427 (anno quo supra), res et possessiones infrascriptas,

Et primo, unum casale domus situm in villa de Saubra juxta domum Aymonete uxoris Perreti Rendu a vento, casale Stephane filie Nicodi Jaquet a borea, cum arboribus existentibus retro dictum casale.

Item, unam ochiam existentem ante dictum casale juxta carreriam publicam a borea, cultinam dicti casalis a juria, et terram dicti Hugoneti a vento.

Item, terciam partem duarum posarum nemoris sitarum subtus loz Chane indivisarum cum Andrea JAqueti et predicta Stephana juxta terram dou Conctent a vento.

Item, terciam partem unius pose cum dimidia terre et prati sitam en laz Ruvynetaz juxta pratum dicti Conctent quod tenet Hudricus de Crosa a vento et borea, et aquam de la Soubrectaz a lacu.

104 Item, en Ruery unam posam terre juxta terram Hudrici de Crosa a juria, et terram Andree Jaquet a lacu.

Item, eis Fouz unam posam terre juxta terram Andree JAquet a juria, et pratum Johannodi de Lila a lacu.

Item, terciam partem duarum setoratarum prati sitam (should be sitarum, logically) en Mont Melly juxta pratum Mermeti Bassins notarii a juria, et pratum Johannodi de Lila et plurium aliorum a borea.

Item, ou Corjons unam posam terre sitam juxta terram Mermeti Bassins a lacu, et pratum Johannete uxoris Jaqueti Grossi a juria.

Item, ibidem unum morsellum terre juxta pratum Petri Fillietaz a vento, et carreriam publicam a borea.

Item, partem suam quinque posarum terre sitarum eis Rippes juxta carreriam publicam a vento, nemus dou Faeis a juria, et pratum Jaqueti Grossi a borea.

Item, partem suam duarum posarum nemoris que solebant esse terram sitaum en Frechaux juxta pratum dicti Content.

Item, partem suam unius pecie prati site en la Pra juxta pratum prefato domini a vento, pratum Johannis de Serrata notarii et Johannodi de Lila a borea.

104v Item, partem suam unius pecie prati site ibidem juxta terram Francisci Fongallat a vento, et pratum prefati domini a borea.

Item, partem suam unius pecie prati site en Pontet juxta terram prefati domini a lacu, pratum Philiberti de Bapnens a juria.

Item, en Freschaux partem suam trium posarum nemoris que solebant esse pratum juxta pratum Perreti Bossons.

Item, unam posam terre sitam en Chouche juxta terram liberorum Johannodi Bossons a juria et borea, et loz Chouchey a lacu.

Item, tenet ou Rossallet partem suam duarum setoratarum prati juxta pratum Jaquete relicte Perreti de Crosa a vento, pratum Johannete uxoris Jaqueti Grossi a juria.

Item, partem suam duarum setoratarum prati sitarum subtus villam juxta pratum dicti Conctent a borea, carreriam publicam a vento, aquam vocatam Soubrectaz a lacu... , cense 4 solidos cum obolo Lausannenses, mediam partem unius caponis, et terciam partem unius cupe frumenti primavali ad mensuram Albone.

105 Item, tenet sub censu et homagio predictis unam posam terre sitam in dicta villa juxta terram illorum de Crosa a lacu, ochiam predicti Hugoneti a borea.

Item, tenet a Francisco Fongallat unam domum cum ochia retro sita in dicta villa juxta carreriam publicam a juria, et ochiam liberorum Johannodi Bossons a lacu, pro qua debet dicto Francisco [Fongallat] duos solidos Lausannenses.

Item, tenet a prefato domino et suis unum morsellum ochie que est in cultina ante domum ipsius Hugoneti juxta carreriam publicam a juria, ochiam liberorum Johannodi Bosson a lacu.

Item, tenet a prefato domino et suis unam peciam ochie sitam in dicta villa ante furnum juxta carreriam publicam tendentem versus furnum a juria et vento, que fuit de recognicione Francisci Jaqueti alias Boczuz... , cense 4 denarios Lausannenses.

105v Item, tenet unam posam cum dimidia terre et prati sitam in Fontanna Timar juxta pratum Petri Fillietaz a vento, terram illorum de Crosa a borea, et eciam pratum prefati domini a borea et lacu, et terram Andree Jaquet a juria.

Item, unam ochiam sitam subtus villam loco dicto ouz Bugnyon juxta pratum Petri Fillietaz a borea, ochiam Francisci de Crosa a vento, et carreriam publicam a juria.

Item, unum morsellum prati indivisum cum liberis Johannodi Bossons situm in la Piera juxta pratum liberorum Johannodi Bossons a lacu, terram Mermeti Bassins a juria, et terram Johannodi de Lila et illorum de Crosa a borea.

Item, partem suam cuiusdam ochie site retro casale dicti Conctent juxta ochiam Francisci de Crosa a borea.

Item, eis Fouz unam posam terre juxta terram liberorum Johannodi Bossons a lacu, terram Petri Fillietaz a juria, et carreriam publicam a borea et vento, et omnia alia que habet et habere posses tenet a prefato domino.

106 Item, tenet unam posam terre sitam in la Pieraz juxta terram illorum de Crosa a juria, et terram liberorum Johannodi Bossons a lacu.

Item, debet et se debere confitetur dictus Hugonetus pro se et suis prefato domino et suis dum diu focum faciet in domo superius limictata unam cupam avene, corvatas bis in anno dum diu aratrum tenebit, et alia usagia consueta...

106 Andreas Jaqueti de Saubra, 07 may 1427 (anno et die quibus supra), res et possessiones infrascriptas,

Et primo, unam domum sitam in dicta villa juxta casale Stephane filie Nicodi Jaquet a borea, domum liberorum Perreti de Crosa a vento, et carreriam publicam a lacu.

Item, unam ochiam sitam in dicta villa juxta ochiam Aymonete uxoris Perreti Rendu a vento, ochiam dicti recognoscentis quam acquisivit a predicta Stephana a borea.

Item, unam aliam domum in qua habitat sitam in dicta villa juxta casale dicte Stephane a vento, et carreriam publicam a borea.

Item, en Ruery unam posam terre juxta terram Hugoneti Jaqueti fratris sui a juria, terram dicti recognoscentis quam acquisivot ab Anthonio Pellapra a lacu.

Item, partem suam duarum setoratum prati sitarum subtus villam juxta pratum illorum de Crosa a borea, et carreriam publicam a vento.

Item, en Ruery dimidiam posam terre juxta terram predictae Aymonete a juria, et terram Francisci de Crosa a lacu.

107 Item, eis Loetes unam posam terre juxta terram liberorum Johannodi Bossons a juria, terram liberorum Perreti de Crosa a lacu.

Item, en al Cotal (margin : A la Costaz) unam posam terre juxta terram liberorum Johannodi Bossons a juria, nemus et pratum dicti recognoscentis et suorum comparacionariorum a lacu.

Item, ou Coudrey unam posam terre juxta terram Petri Fillietaz a borea, et terram Peronete Porsognyonaz a vento.

Item, eis Fouz unam posam juxta terram predictae Stephane a lacu, terram illorum de Crosa et plurium aliorum a juria.

Item, en Mont Melley partem suam duarum setoratarum prati juxta pratum Mermeti Bassins a juria, et pratum Johannodi de Lila a lacu.

Item, partem suam duarum setoratarum prati sitarum ou Rossellet juxta pratum Jaquete relicte Perreti de Crosa a vento, et pratum Johannete uxoris Jaqueti Grossi a juria.

Item, unum morsellum prati situm en Pra Sallie juxta pratum Franciscis de Crosa a juria.

Item, ou Rossellet unam posam terre juxta terram liberorum Johannodi Bossons a lacu, et carreriam publicam a borea.

Item, eis Rippes suam partem quinque posarum terre juxta carreriam publicam a vento, et pratum Jaqueti Grossi a juria.

107v Item, en Freschaux partem suam duarum posarum nemoris que solebant esse trram indivisarum cum comparcionariis suis juxta pratum dicti Conctent.

Item, partem suam cuiusdam ochie site subtus villam en la Soubrettaz juxta aquam de la Soubrettaz.

Item, partem suam unius pecie prati site en laz Pra juxta pratum prefati domini a vento, et pratum Johannis de Serrata notarii et Johannodi de Lila a borea.

Item, partem suam unius pecie prati site ibidem juxta terram Francisci Fongallat a vento, et pratum prefati domini a borea.

Item, partem suam unius pecie prati site ou Pontet juxta terram prefati domini a lacu, et pratum Philiberti de Bapnens a juria.

Item, en Freschaux partem suam trium posarum nemoris que solebant esse pratum juxta pratum Perreti Bossons indivisarum cum suis comparcionariis.

Item, en Fontanna Timar partem suam unius pose cum dimidia terre et prati juxta pratum Petri Fillieta a vento, et terram illorum de Crosa a borea... , cense 4 solidos cum obolo Lausannenses, terciam partem unius cupe frumenti primavaul ad mensuram Albone, et quartam partem unius caponis.

108 Item, tenet unam posam terre sitam eis Fouz juxta terram Hugoneti JAqueti a lacu, terram Johannodi de Lila a juria, et carreriam publicam a borea.

Item, ou Chouchey unam posam terre juxta terram Francisci de Crosa a juria, terram liberorum Johannodi Bossons a lacu, et carreriam publicam a borea, que due pose terre fuerunt per ipsum acquisite ut asserit a Francisci Jaqueti alias Boczuz de Saubra..., cense 2 solidos 3 denarios Lauannenses...

Item, tenet virtute cuiusdam adquisicionis per ipsum facte ab Anthonio Pellapra ut asserit videlicet duas posas terre sitas en Ruery juxta terram dicti recognoscentis a juria, terram Francisci de Crosa a lacu, et ochiam dicti Francisci a vento, pro quibus duabus posis terre debet ... (blank space, cense not given).

108v Item, omnia alia bona que habet seu habere posset tenet a prefato domino et suis.

Item, debet et se debere confitetur dictus Andreas dum diu focum faciet in domo ultimo limictata unam cupam avene, corvatas bis in anno dum diu aratrum tenebit, et alia usagia consueta, et si focum faceret in domo primo limictata deberet duas cupas avene et unum caponem.

Item, tenet virtute adquisicionis sibi facte ut asserit a predicta Stephana nepte sua videlicet unam ochiam sitam in dicta villa juxta ochiam dicti recognoscentis a vento, ochiam

Francisci de Crosa a borea, et ochiam Johannodi de Lila a iuria, sub censu quem debet et solvit predicta Stephana...

109 Aymoneta filia quondam Roleti Ansermi de Saubra uxor Perreti Rendu de Gimel morans apud Saubra, 07 may 1427, res et possessiones infrascriptas,

Et primo, domum suam in qua habitat sitam in villa de Saubra cum ochia eidem contigua retro dictam domum sitam iuxta casale Hugoneti JAquet a borea, casale liberorum Johannodi Bossons a vento, ochiam Jaquete relicte Perreti de Crosa a iuria, et ochiam Hugoneti Jaquet a lacu.

109v Item, unam ochiam sitam in dicta villa iuxta ochiam predicte Jaquete a lacu, ochiam Anthonii Pellapra a iuria, et carreriam publicam a vento.

Item, partem suam cuiusdam ochie indivise cum suis comparcionariis site in dicta villa iuxta ochiam Francisci Jaquet alias Boczuz a vento, ochiam Petri Fillietaz a borea, et casale dicti Conctent a lacu.

Item, en la Pra partem suam unius morselli prati iuxta pratum Johannodi de Lila et Johannis de Serrata a borea, pratum prefati domini a vento, et terram Petri Fillieta a lacu.

Item, partem suam unius morselli prati siti ibidem iuxta terram Francisci Fongallat a vento, pratum prefati domini a borea.

Item, partem suam unius morselli prati site ou Pontet iuxta terram prefati comini a lacu, et pratum Philiberti de Bagnens a iuria.

Item, unam peciam terre sitam en Champs Montaneir iuxta terram Hugoneti Jaquet a lacu, et terram Johannodi de Lila a iuria, et terram Francisci Fongallat a vento.

Item, ibidem unam aliam peciam terre iuxta terram Francisci Fongallat a borea et terram liberorum Johannodi Bossons a vento.

110 Item, eis Loetes unam posam terre iuxta terram liberorum Johannodi Bossons a lacu, et carreriam publicam a iuria.

Item, en Ruery dimidiam posam terre iuxta terram dictorum Jaquet a lacu, et terram Francisci de Crosa a iuria.

Item, eis Tral unam peciam terre iuxta carreriam publicam a borea, et terram Hudrici de Crosa a vento, et terram Mermerii de Crosa a iuria.

Item, partem suam duarum posarum nemoris que solebant esse terram sitarum en Freschaux iuxta pratum dicti Conctent.

Item magis, ibidem partem suam trium posarum nemoris que solebant esse pratum juxta pratum Perreti Bossons.

Item, en Fontannaz Timar partem suam unius pose cum dimidia terre et prati juxta pratum Petri Fillicetaz a vento, terram illorum de Crosa a borea, et pratum domini a lacu...., cense 2 solidos Lausannenses, dimidiam cupam frumenti ad mensuram Albone, et quartam partem unius caponis...

110v Item, tenet titulo accensamenti facti per Franciscum filium quondam Johanneti de Saubra predicto quondam Roleto Ansermi videlicet unam posam terre sitam prope villam de Saubra juxta terram Jaquete relicte Perreti de Crosa a juria, terram liberorum Johanneti Bossons a lacu, et carreriam publicam a borea, pro qua debet Johannete uxore Jaqueti Grossi duas solidos et quatuor denarios Lausannenses censuales.

Item, tenet unam peciam prati sitam en Praz Hudry juxta pratum predictae Jaquete a juria, gerdile dicte Jaquete a vento, et ochiam Johannodi de Lila que fuit dicti Pellapra a lacu..., cense dimidiam cupam frumenti de primavaul...

Item, tenet unam peciam terre sitam ou Coudrey juxta terram dicte Aymonete a juria, terram Stephane filie quondam Nicodi Jaquet a lacu, et terram Perronete Porsognyonat a vent, quam peciam tenet nomine obligationis facte per Jaquetum Porsognyons de Gimel predicto quondam Roleto pro duobus florenis magni ponderis.

Item, tenet unam peciam terre sitam ibidem de sua hereditate juxta carreriam publicam et terram predictae Jaquete a juria, lacu, et borea.

111 Item, unam peciam ochie sitam ou Chane juxta carreriam publicam a borea, et nemus dicte Bargerii a vento, sub censu et homagio predictis.

Item, tenet titulo obligationis facte per Andream Escueir et Johannetam Pagy eius uxorem predicto quondam Roleto videlicet unam cupam cum dimidia frumenti communis agricollarum ad mensuram Albone et decem octo denarios Lausannenses censuales qui sibi predictis quondam conjugibus debebantur dictus quondam Roletus pro certis rebus per ipsos conjuges sibi dicto Roleto accensatis sitis in territorio de Saubra.

Item, tenet sub censu et homagio predictis unam peciam terre sitam ou Coudrey juxta terram Perronete Porsognyonat a lacu, terram quam possidet predicta Aymoneta a juria.

Item, tenet a prefato domino et suis omina ea que habet et habere posset.

Item, debet et se debere confitetur dicta Aymoneta pro se et suis dum diu focum faciet in domo superius limictata unam cupam avene, carvatas (=corvatas) bis in anno dum diu aratrum tenebit, et alia usagia consueta...

111v Predicta Aymoneta (addition to the previous reconnaissance), 07 may 1427 (anno, die, loco, et coram testibus quibus supra), ~~de laude consensu voluntate et auctoritate dicti mariti sui~~

~~ibidem presentis...~~, titulo vendicionis facte dicto quondam Perrodo per Jaquetum Magnin et Petrum eius filium de Genollier burgenses ? Albone, res infrascriptas sitas in territorio de Saubra,

112 Et primo, unam peciam prati indivisam cum Francisco de Crosa sitam en Mont Mellye juxta pratum heredum Johannis Rendu quod nunc possident heredes ? Perrodi Suavis a borea, et pratum Roleti Ros a vento.

Item, dimimdiam posam terre sitam ou Crosset juxta carreriam publicam a vento, et terram Andree Jaquet a lacu.

Item, unum morsellum prati sium en la Pra juxta pratum heredum Johannis Rendu quod nunc tenet uxor Menerii Coctet a vento, et pratum Johannodi de Lila a borea.

Item, duas posas tere nomine obligacionis facte per Johannetam uxorem Jaqueti Grossi dicto quondam Perrodo Jaugnet ? sitas ou Chouchy juxta terram prioratus Romanimonasterii a lacu, pascua communia a borea, et terram predictae Aymonete a vento, sub censu quem debet et solvit predicta Johanneta uxor ? Jaqueti Grossi...

112v Johannes Billiar de Gimel, 14 may 1427 (anno quo supra), unam bonam posam terre sitam en Bovyres ? juxta terram liberorum Johannodi Clerici que fuit Johanneti Conctent a juria, terram Francisci Primet alias Peclat de Nyviduno a lacu, et terram dictorum Rochunetes de Gimel a vento, ... cense 6 denarios Lausannenses... , quos sex denariosolvere solebat Franciscus Jaqueti de Saubra a quo dicta posa terre moveri dignoscebatur. (Margin : P. Billiar)

Item, tenet a prefato domino et suis ex accensamento facto per Johannodum Bossons de Saubra videlicet unam peciam prati et circa unam posam terre sitam en Pra Lovet juxta terram et pratum Johanneti Velluz de Mont a vento et lacu, et terram dicti Johannodi Bossons a borea et juria, pro qua debet et se debere confitetur dictus Johannes dicto Johannodo Bossons decem octo denarios censuales...

113 Johanneta filia quondam Mariete filie quondam Humberti Ros uxor Jaqueti Grossi alias Gagnier habitatoris de Gimel, 14 may 1427, de laude, consensu, voluntate, et auctoritate predicti Jaqueti mariti sui ibidem presentis, res et possessiones infrascriptas sitas in villa, territorio, et finagio de Saubra,

113v Et primo, unum casale cum ochiis sitis circuncirca dictum casale situm in dicta villa juxta carreriam publicam a vento, terram liberorum de Crosa vocatam Campum dou Jordy a borea, et domum Jaqueti dicti Pettelliet quam nunc tenet Hudricus de Crosa a juria.

Item, unam cupam frumenti census quam sibi debet Aymoneta uxor Perreti Rendu pro duabus posis terre sitis in territorio de Saubra loco dicto en Luvine ? juxta terram prioratus Romanimonasterii a lacu, et carreriam publicam a borea.

Item, en Pra Sallie duas magnas setoratas prati juxta pratum Nicoleti Riondet alias Chambar quod fuit Perrodi Palliex a borea, carreriam publicam a vento, pratum illorum de Crosa et Johannodi de Lila a lacu.

Item, unam peciam prati sitam ou Corjon juxta aquam do Corjon a juria, carreriam publicam a borea, et terram Hugoneti Jaqueti a lacu.

Item, en laz Vaux unam peciam prati juxta pratum Aymonete uxoris Perreti Rendu a borea, et nemus comune a vento, lacu, et juria.

Item, eis Soles unam posam terre juxta terram es Bioletes ?

114 Item, unam posam terre et prati sitam en Fontana Timar juxta pratum prefati domini quod tenent liberi douz Rosseis de Gimel a borea et vento, et nemus comune a juria, et pratum Francisci de Crosa a lacu.

Item, in Bovyres ? seu ou Molar unam posam terre juxta terram Francisci de Crosa a juria, et nemora comunia a borea.

Item, unam peciam prati sitam ou Corjon juxta carreriam publicam a borea, terram Hugoneti Jaqueti a lacu, et nemus dicte Johannete a juria, que pecia prati suit de recognicione Vulliermi Jaqueti et ipsam tenet nomine permuntacionis ut asserit.

